



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Syntaxis Joa[n]nis Despauterij Niniuit[a]e Berga[rum] diui  
Guinnoci ludimagistri**

**Spauter, Johannes de  
Argentorati, Anno, M. D. XV.**

Regvla. XIII. Pauca recordandi patriu[m], quartu[m]ve requirunt. Vt  
memini memoror, sic obliuiscor habetur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70853)

repūt etiā fabulę fręq̄nter de sæculo ac uoluptatibus, claudere aures non potes, prohibere putat̄ superbię (Calepi. ait) id est attribuitur si casus datiuū est, uel æstimatur, si genitiuū. De consulo ait Quintilia. Consulo a consulēdo, id est iudicādo. unde est. Rogat ut boni cōsulās, id est iudices. liceor, id est preciiū defero, fuerat omīssum, ideo hic ponitur. Persi. Et centū græcos curto centulle licet. Idem significat licitor. Inde licitator, liceo non multū in usu est, de his abunde in defectiuīs uerbis, & anomalis disceptamus. Inuenio apud Cice. sæpe & etiā apud Philel. pro nihilo habeo & duco. Non dixero tamē emi p̄ multo, paruo &c. licet mendose fortasse in episto. Plinij legamus. Si ad nos aduexisses pro quintuplo uendidisses, & in translatione Arctini in politicis. Vendit pro pecunia uel cibo. Pueri dicunt p̄ quanto cœnasti, docti quanti cupias cœnare, quāti habitas, quanti portat nunciū epistolā, quāti huc aduectus es, quanti licitatus es librū, nō quantum uoluisti prębere pro libro, quāti æstimas librū hunc &c. non quantū uis habere pro libro, quod si latine diceres forsitan tamen rustice.

## REGVLA. XIII.

**Pauca recordandi patriū, quartūve requirunt.**

**Vt memini memoror, sic obliuiscor habetur.**

Pauca uerba recordandi, ut recordor, memoror, memini, reminiscor & hoc uerbū obliuiscor regunt genitiuū uel accusatiuū. Virgi. Numeros memini si uerba tenerē. Suetō. in Cæsare. Meminerunt huius coniurationis. Plau. in Capti. Faciā ut huius diei loci meiq̄ semp̄ meminerit, qui mihi in cursu obstiterit. Memini aliquādo mentionē facio, & sic nō datiuū sed genitiuū, uel cum præpositione de ablatiuū habet. Quintili. Neq̄ omnino huius rei meminit poeta ip̄e. Et iterū. de quibus multi meminerunt. Cice. pro Lu. Flacco. De ui, de manu de armis, de copijs memineritis, hic in priore significatiōe rectius capi mihi uideat̄. Memini in finito iungit̄, ut Valla in Raudesem uoluit solū p̄teritū, ut Agretius solū p̄sentis nisi carnis gr̄a, ut nos cū Māci, utriuslibet. Terē. i Andria. Ego illā uidi uirginē, forma bona memini me uidere. Cice Memi me dicere. Vir. De cœlo tactas memi p̄dicere q̄rcus. Idē tñ in Georgi. dixit. Nāq̄ sub Oebalię memi me turribus altis Coryciū uidisse senē. Metri necessitas excusat, ut inqt Agretius. Sed excusatio hęc nō est apud Persi. in dictione somniasse in p̄satione. Plī. li. ij. Epi. Ita certe ex Quintili. p̄ceptore meo audiuisse memini. Fabius li. x. Memini narrasse mihi ueliū secundū. sed per p̄sens gr̄ator est locutio. Dicimus itē memini memori. Plau. in cap. Hem

Ioannis Despauterij Niniuite.

istud si potes memoriter meminisse, inest spes nobis in hac astutia. Item memoria memini. Idē. Facile memoria memini. Itē, memoria teneo. & aliquādo memoriter teneo, ut probat Mancinel. Itē memoriter pronuncio non memoria, & memoriter atq; memoria repeto & cōplector, author est Valla, significat autē memoriter quod ineptus li dicūt mente tenus, corde tenus, q̄ significant usq; ad mētē uel cor.

Recordor hāc rem, huius rei & de hac re. Cice. pro Plaucio. de illis recordor &c. Reminiscor. i. oblitū ad memoriā reduco. Terē. Eius reminiscor. Virgi. Dulces reminiscit agros, recordor. i. iterū uel rursus in cor reuoco uel iterū rem cordido. Obliuiscor. Virgi. ænei. ij. Quisquis es amissos hinc iam obliuiscere graios. Idē. Oblitusue sui est Ithacus. Caper ait. oblitus ne sis nostri nos. oblitus ab obliuo media corripit. Memoror. i. recordor huius regulę est. legit actiuū memoro, cuius passiuū est memoror quod significat ad memoriā reduco, uel narro. Vir. Musa mihi causas memora, hoc nō ē memortu dignū. Cōmemoro idē. Recolo. i. repeto, repeto, meditor & mēte tracto. Diomedes. Supest ut supra recolēdo memoriatenus mandetur, ne frustra cū tēpore eualescāt. Grego. cum gto posuit dicens. Quū prioris uitę recolo, Ab obliuiscor sunt obliuio et obliuia. oꝝ. apud Oui. sepe. Hora. in Ser. lucūde obliuia uitę. Tardius in mētis perq; tardus, sed in rephensione uelocior, in antibalbicis cēset id esse balbicū. Pulchre dixit Cice. Propriū est stulticię aliorū uitia cernere obliuisci suorū. In mētē uenit credit ab aliquibus regere gtm, quę Priscia. per antiptosin putat poni pro ntō, doctissimi uolūt intelligi ntū memoria, aut quid simile, ut cū illorū tēporū mihi in mētē uenit, quū illius diei mihi in mentem uenit, dicimus etiā uenit mihi in mētē hęc res. Cice. in Verrē. Venit tibi in mētē nuncq;. P. R. dignitas. pro eodē dicimus, occurrit mihi, succurrit mihi, subit mihi. qđ ad cōmiserationē quoq; referi. Virgi. Subijt chari genitoris imago. Subijt deserta Creusa. Curtius cū actō posuit dicens. Sera pœnitētia subijt regē. Auxilior in sacris legit cū gto. Dñs auxiliabilis tui, sed nō est imitādū. Venit mihi, huius rei in mētē, tā frequēs est, ut q̄sq; posset usurpare citra rephensionē, quia Sulpi. dat elegatę.

REGVLA. XV.

Refert, inter & est, est quādo statum officiumq;  
Significant, patrios omnes iungam nisi quinq;.   
Refert inter & est, nostraq; meaq; tuaq;  
Atq; sua uestra dic, sed nostrūq; meumq;